

Q.K.  
428  
8

X2346528

780.

DEVM  
TERMINVM  
MOTVM  
SVO LOCO  
RESTITVIT  
ET SIMVL  
N V M V M

DES. ERASMI ROTERODAMI

ad p. a.



ad p. c.



ad pag. 10.

ILLVSTRAT ET VINDICAT  
M. ADAMVS GRENZIVS

DIAC. AD AED. S. CRVC. DRESDAE

MENSE SEPTEMBRI A. R. S. CIC ID CC LII

DRESDAE AC LIPSIÆ  
PROSTAT APVD FRIDERICVM HEKELIVM

H h  
858

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA





Τάτσι

Αρινδ

Τελγιλ

Σποδ

Βενιλ

Ιανόρη

Σπουρη

Ιανινη

Ιανονη

Ιανοβοι

Ιαναν

Ιανανη

Ιανη

Τάτσι

*TERMINVS INSTAT.*

TERMINVS occulto cunctis mortalibus INSTAT  
Eventu, mentesque monet spectare futurA.  
Recte nempe suas partes mortalis adimpleT,  
Memento quovis acti qui temporis horaS  
In censum revocat, postremum tangere limeN  
Non veritus, moremque Deo gerit omnipotentI.  
Vita Dei nutu cancellos nocta perarcetS  
Suffugit, atque brevi tacitoque absimitur usV.  
INSTAT mors: pravis mors, formidabile nomeN;  
Non aequi iustis, qui Christi morte redemptI,  
Sordibus abstensis, lethi vicere reatuM  
Tendimus ad sedes, ubi parta forte fruemurR  
Adspectu Domini saturati tunc sine finE  
TERMINVS o laetus, qui sanctis mentibus INSTAT.

Admisso quaerit sic feria ludo  
M. ADAMVS GRENZ,  
Dresd. ad aedem cruc. Diac.

*Am Schenkbogen - R. Witzig*

TITULINAE INSTITUTI

TITULINAE OSOBOGO CAVELLE MONTICELLI  
ARTUS FESTIVUS  
HERCULANAE MONS  
TIBALDUS  
PATER NOSTER JESU CHRISTI  
HOMINUM CLOVIS ET DEI SEMPER POSSE  
IN CONVENTU VENERABILIS BONIFACII  
NON AVERNAE MORTUAM DEDICAT  
VIR DEI SIVE CONVENTUS MAGIS  
SCHOLASTICIS PATER PROGENITORES SCULPTA  
INTER ALIAS PATER PROGENITORES SCULPTA  
NON CEASER IMPERATOR CHIRI MARES TEGEBIT  
CONIBUS APPENDIT PEDI ALICE ESSER  
TURGIDUS EGREGIUS ALIUS BENS PROPE TURGIDUS  
ADLEGUM DOMINI FESTIVI Tunc YPSI DILECTI  
TITULINAE O JESU DI TURGIDI MONTICELLA  
M. ADLEGUM  
DILECTUS



TERMINA O JAMA DI TUTTI I MUNICIPIA  
Aqibegun Dovini famosi tunc si  
Tasquiume agi taceret mihi tunc pene  
Sagidum applicare letici alicet  
Non cedes iustis dei Chilli mons  
Instat mons: bisayi mons: lombardei  
Galligay situs perni tenuisque expulsi  
An Dei sum cancellor naga  
Non venire motuinde Dgo Gets ou  
In cunctis locatis bogiamum ruder  
Thomastus chonaria sibi dii temponis  
Hocce namque hinc pateris mortalis  
Ercum, monsederis mons: tefugis  
Termina oecus corrigis monsiper  
TERMINA INSTAT

V I R O

PRAENOBILISSIMO CONSVLTISSIMO ATQUE  
DOCTISSIMO

D O M I N O

P E T R O

M I D D E L D O R F I O

IVRIVM DOCTORI APVD NOVIOMAGENSES  
INCLYTO

RERVM AD VARIAM ERVDITIONEM SPECTANTIVM  
PERQVAM GNARO

LITTERATORVM ORNAMENTO

C I V I

RELIGIONIS CVRA AEQUITATIS STUDIO  
MORVM ELEGANTIA INSERVIENDIQUE  
PROMTITVDINE

NVLLI SECUND

FAVTORI PROBATISSIMO

HAS PAGELLAS

D. D. D.

A V C T O R

X 2

VIR



VIRG

PARADISO CONSERVATISSIMO  
DOCETISSIMO

DONINO

PETRO

MIDDLEDORE

CARIA DOCOTORI VERA NOUO MGENSIS  
INCIVITO

EREMUS DE VARRA PRACTICIONE SCOTTONIANA  
SCAMMUS

LITERATURUM ORNAMENTUM

CIVI

EDICIONES CARA AFRICANAE ETATIS  
MORUM AFRICANARUM IN EGYPTIACIS  
PROMULGANTES

NUITI SECUNDO

MULTOPIA LIBERTATIS

NUIS TAPETUM

CLAS

AVOTOR

X

VIR CONSULTISSIME,

**T**IBI, Batavo, Saxonis cuiusdam his tabulis publicis superuenire compellationem, præter opinionem, facile credo: at id valde non miraberis, probe gnarus, nec distantiam locorum, nec diueritatem nationum, nec ignorationem personarum cohibere commercium litterarum; quin potius ex eo haud parum acuatur, vt scilicet, quæ ex variis rationibus impeditur, hominum de facie cognitio, vicissim juuetur, animorum doctrinas colentium conjunctione. Si enim, Seneca judice, imagines nobis amicorum absentium jucundæ sunt, quippe quæ memoriam renouant, & desiderium absentiarum falso atque inani solatio leuant: quanto jucundiores sunt litteræ, quæ vera amici absentis vestigia, veras notas, afferunt? Ex quo itaque *TV*, Vir Præstantissime, ad priuatum litterarum commercium me prouocasti, non tam negotium, vt *TV* quidem

existimas, mibi facessisti, quam potius, varia jucunditate allata, desiderium **TVI** intimius cognoscendi excitasti, officiisque humanissimis mea non solum compensasti, sed etiam me **TIBI** multis nominibus deuinxisti. Et si dicam, quod res est, hoc, quod **TIBI** offero, scriptum suos quodammodo **TIBI** debet ortus, **TVO**que adoleuit suasu, & quid vellem, quam ut quadam sua maturitate **TVO** se probaret judicio. Interim quod virtuti meae tractationis esse videbitur, a dignitate Magni Erasmi, Vestratis, cuius nomen & ipse tueri natus sum, mutuari liceat. Ceterum **TVAM**, qua me adhuc dignatus es, amicitiam si etiam in posterum mihi exhibueris, id fecisse, experieris, homini in partibus amicitiae testificandis **NVL LI CESSVRO**. Vale. Scrib. Dresdæ, Ipsiis calendis Septembr. ccccclii.

Allo-

103

X

- Alloquium ad CLARISSIMOS AVCTORES, qui Diarium Eruditorum, quod post editionem Parisensem Amstelodami prodit, *Journal des Scavans* dictum, *Nouis Literariis* auctius reddunt.

**V**IRI VESTRI NOMINIS: qua enim Vos appellatione digniore adire quirem, qui *nomen* in orbe eruditio, laboribus Vestris litterariis, omnino adepti, *nomen* tamen, quo dignosceremini, latere studiose velitis; in quo etiam *Domini Rey*, bibliopolæ Amstelodamensis, reticentiam, atque in promissis seruandis integritatem, non possum non prædicare. Habeatis ergo Vobis voluptatem latendi: modo admittatis gratias agendi desiderium. Vti enim vmbra corpus sequitur: ita quoque humanitatis officia grates sequi, Ipsi æquum judicabitis. Recordor itaque gratus Vestrae in me liberalitatis, qua quædam studiorum meorum conamina dijudicasti inter *Nouæ litteraria*; quæ mense Januario elapsi anni, Tom. CLVI, Diarii, *Journal des Scavans* dicti, p. 104. seqq. leguntur. Et quo abundantior Vesta erga me existet

exstet gratia, in enarratione commentatiunculae, de Arboribus Terminalibus scriptae, amicum mihi impertimini consilium, etymologia nominis mei dueti, de utendo sigillo symbolique Magni Erasmi, Deum TERMINVM pro symbolo habere soliti. Cæcutirem, si non ex eo animum bene erga me affectum gratissimus intelligerem: at vero quo minus Erasmus in eo imitari placuerit, non vna subest causa, nec difficulter perspicienda, nec in ipsa tractatione reticenda. Interim Vesta, VIRI HUMANISSIMI, commonitio id apud me effecit, ut in symbolum sigillumque Erasmi, mihi non omnino incognitum, paulo altius inquirerem; in quo studio tum multum jucunditatis reperiire licuit, tum etiam varias hallucinationes, quæ viros quoque perspicaces in errorem abduxerunt. Hæc omnia modesta notatione non indigna duxi, etiam in eo tum veritati litans, tum pia animi sensa innocentiamque Erasmi vindicans. Vestro autem, VIRI PRAESTANTISSIMI, judicio hoc, quidquid est, laboris submitto, & si Vesti etiam porro cognitionem negare libuerit, fauorem tamen, rogo, ne denegetis.


De






*ad pag. 1.*







## De DEO TERMINO, ERASMI sigillo ac symbolo.

### §. I.

*Scriptionis argumentum indicatur, ejusque tractandi  
occasio.*



Excitatus (a) aliquid negotioli suscipio, quod, quamvis non adeo magni momenti esse, ipse putem: non tamen omni, spero, caritatum esse utilitate; siquidem, quoad possum, in praesenti argumento ita versabor, ut *causam Dei TERMINI*, Numinis apud gentiles olim culti, acturus, non omnino aliquid a partibus meis alienum fecisse videar. Animus vero non est, ea, quae de isthoc Numine antiqui scriptores consignarunt, et alii, post illos, satis fuse collecta aduersariis suis inferuerunt, hic denuo apponere; nec vel additamenti, vel spicilegii, ra-

A

tio-

(a) Singularem hujus scripti occasionem lector benevolus perspiciet ex  
præcedente alloquio.

tionem mea habitura est commentatio: sed sub examen reuocabo momentum quoddam, ad Deum TERMINVM non solum pertinens, sed etiam ipsius juribus, vt ita dicam, vim quasi inferens, nec tamen ab vlo vnquam eruditorum, quod ego quidem memini, obseruatum.

### §. II.

*Deus Terminus a Junckero ex interpretatione Eob. Hessi,  
in aro perperam constitutus.*

Offendi scilicet in libro etiam post fata laude sua non defrauddandi *Christiani JVNCKERI*, quem suæ existimationis, qua laudatissimum LVTHERVM prosecutus est, documentum esse voluit, *Memoriam Lutheri*, puto, *ex numis aureis & argenteis collectam, illustratamque, (das guldene und silberne Ehrengedächtnis Lutheri)* offendit in hoc libro pag. 167. locum, ad quem hæc mea qualiscunque potissimum spectat commentatio. Placuit JVNCKERO, cum *memoria Lutheri* etiam coeuorum memorias conseruare, non habita ratione, vel amicorum, vel inimicorum, quoniam utriusque gesta Lutheri egregie illustrant: illi quidem conatus ejus adjuvando: hi vero istos tanto glorioſiores reddendo, quanto audentius optimo viro contra iuerunt. Vtique nomine venit ERASMVS ROTERODAMVS, cuius erga Lutherum, tum fauoris, tum indignationis, existant testimonia satis luculenta. (b) Erasmi vero ubi mentionem facit Junckerus loc. cit. numum exhibit minoris formæ, quem vero etiam majorem, eumque tempore priorem, nos hic tabulæ ænæ, secundum veram mag-

(b) Vtriusque assertionis testimonia diligenter collegit JO. ALB. FRERICIVS in Exercitat. critica de Religione Erasmi, Cap. II. quæ auctior redditia occurrit in Sylloge opusculorum Hist. Crit. Litterariorum, Hamb. edita 1738. Num. XI. p. 382. seqq.

magnitudinem, ab exemplari optime fuso, rarae antiquitatis documento, cuius videndi copiam jam desperaueram, commissum damus, infra plenius describendum. Non possum, quin humanissimo *Grundmanno*, nostrati, hujus numismatis possessori, cetero-quin numophylacii, Saxonie Principum historiam illustrantis, solertissimo conditori, de hoc cimelio vehementer gratuler, publicasque pro amicissima communicatione referam gratias.

Hic vero minoris moduli numum, secundum *Junckeri* designationem præmittere, ordinis in hoc scripto obseruandi requirit ratio. Pars aduersa effigiem *ERASMI*, *toga induiti*, et *caput mitra tecti*, sifit, addita epigraphe in medio numi incipiente, ac in circulo pergente: *ERASMI. Roterodami. IMAGO. AD. VI. VAm. EFFIGIEm. EXPRESSA. 1531.* In parte auersa *Deus Terminus* exhibetur. Ipsi numinis signo impressa est vox *TERMINVS*: ab utroque latere legitur: *CONCEDO NVLLI*. Oram numi, qua superiorem partem, *Terminum* ambientem, occupat haec sententia: *MORS. VLTIMA. LINEA. RE-RVM*. Hujus posterioris partis imaginem *Junckerus* omnino ita sifit, vt *Deus Terminus aræ fumanti impositus* videatur. In annotatione tamen statim subjuncta haud obscure subindicat, se circa hanc figuram non omni vacuum fuisse dubio: interim dubitatione se exuere studet, ad alias cujusdam provocando testimonium, scilicet *Eobani Hessi*, numum *Erasmi* sequenti epi-grammate magis mirantis, vt mihi quidem videtur, quam explicantis. Ita enim *Eobanus*: (c)

*III. Termine, cum nulli diuum concesseris olim,  
Fumida cur sedes occupat ara tuas?*

(c) vid. *Junckers guldene und silberne Ehrengedächtnis Lutheri* p. 136.

*Junckerus hæc germanicis rhythmis ita expressit:*

**Da du, Grenz-Gott, allen bist gleich gewest im Götter-  
orden,**

**Wie ist auf den Rauch-Altar nun dein Bild gesetet  
worden? (d)**

Equidem ipse non diffiteor, haud parum apud me valere auctoritatem *Hessi*, Erasmo quippe coœui, æque ac familiaris, quem ideo, in re ad Erasmum pertinentem, erroris arguisse paulo forsan durius videri poterat; et sane, quomodo tuendus esset, non intentatum reliquissim, nisi totus essem persuasus, nunquam extitisse numum id vere exhibentem, quod videre sibi visus est *Eobanus*. Figuræ autem in numis male expressæ, vel detritæ, vel alia ratione corruptæ, quam facile errorem parere possint in dies experimur. Id tantummodo me vrget, quod non rectius *Eobanus* de imagine numi edoctus fuerit ab *Erasmo*: ideoque opinor, *Eobanum* epigramma allegatum demum post mortem *Erasmi*, cui aliquot annos fuit superstes, composuisse, monitore destitutum. Sit itaque *Hess* versus vel mirantis, vel interpretantis, tamen dimoueri non possum, quin credam, esse errantis. Nitor ego omnis antiquitatis consensu, ex quo Deo TERMINO, finium custodi, alias non statuitur locus, quam liberum sub dio spatium. Rei vero historiam, quantum ad numi Erasmiani explicationem facit, ab ovo, vt ajunt, quodammodo repetitam, testimoniisque veterum confirmatam, justo nunc ordine exponam.

### §. III.

(d) Ego Hessum forsan ita germanice interpretarer:

Gott der Grenzen, der du sonst keinem andern Gott gewichen,

Wie? daß Feuer und Altar sich in deinen Platz geschlichen?

§. III.

*Origo et causa cultus Deo. Termino exhibiti.*

Hic igitur dissertationis meæ scopus non patitur, vt de origine cultus Dei TERMINI sollicitus yltra Romanæ gentis primordia regrediar: quamuis probe sciam, longe retro etiam apud antiquissimos populos finium seruandorum curam in religione fuisse positam, eosque Numinum tutelæ fuisse commendatos, in quo alii insigni cum eruditionis apparatu operam suam collocarunt. (e) Quæ vero ad Erasmi Symbolum numunque pertinent, ab eo solum repetenda esse tempore, quo gens Romana in societatem coaluit, satis apparebit. TERMINI enim *cultum* plerumque ad NVMAM POMPILIVM, alterum Romanorum regem, referunt, quippe qui, quum totus in eo esset, vt ciues suos ad pietatem, justitiam, et ad pacis artes adsuefaceret, etiam de securitate fundorum suis prospexit, ideoque agrum romanum vndique certis definitiis limitibus terminisque. Suis autem yt institutis summam conciliaret auctoritatem, a numine cœlesti, Dea scilicet Egeria, ista proficisci, cibibus persuadebat, ipsosque agrorum terminos sanctos haberijubebat, in quem quoque finem facellum erexisse TERMINO in colle Tarpejo legitur. Hæc dum refero, quid de Numa statuere debeam, fere ambigo, an pro superstitionis & idololatrici

A 3 cultus,

(e) Euolui meretur EVER. OTTO, de *Diis vialibus*, quæ eruditissima dissertatio, Halæ Magdeb. 1714. habita, postea in justum adulta tractatum, de *Tutela viarum publicarum* prodiit Traj. ad Rhen. 1731. et, qui eandem studiorum viam æquis passibus ingressi sunt, GOTTLIEB SIGEFR. BAYER VS in dissert. de *Diis vialibus Græcorum*, habita Regiom. 1718. & CHRIST. WEISIVS, qui *Numina vialia Hebræorum, Chaldaeorum, aliorumque binis* differ-  
tat. exposuit Lips. 1724.

cultus auctore habendus sit, nec ne? Occupatissimum ipsum fuisse in constitutis sacris, eaque ut Pontificum, Augurum, Saliorum, ceterorumque Sacerdotum cura diligenter fierent, mandasse, historiarum monumentis nititur certissimis: neque negari potest, multam superstitionem, malas augurum artes, atque imposturas, inde emersisse. Interim haec non praevidisse *Numam* certum est, nedum etiam voluisse, ex ipsis ejus institutis probari posse crediderim. Pythagorae enim placitis, quod sensum de Deo attinet, *Numam* plane imbutum fuisse, ex Plutarcho discimus. (f) Sicuti vero ille ( $\tauὸ\ πρῶτον$ ) omnium rerum principium, scilicet D E V M , ( $\epsilon\tauὲ\ \alphaὐθῆτὸν\ \eta\ παθῆτὸν$ ) nec sensioni aut affectibus obnoxium ( $\alphaὐθεῖτὸν\ δὲ\ καὶ\ αὐχένετον, καὶ\ νοητὸν$ ) sed insensibilem, incorruptum, & mente tantum percipiendum esse existimauit: ita quoque hic Romanis suis interdixit, ( $\alphaὐθεωποεῖη\ καὶ\ ζωόμορφοι\ ἐπέντε\ θεοὶ\ νομίζειν$ ) ne vel ad hominis, vel ad animantis formam effictum Deum statuerent: ideoque non fuit apud illos aut picta, aut facta imago Dei. Et quamuis templa & sacella Diis exstruxerint, simulacrum tamen non habuerunt, nefas putantes, ( $\alphaὐθεῖτὸν\ τὰ\ βελτίονα\ τοῖς\ χάρεσσιν$ ) ad similem meliora vilioribus; contra vero rati, ( $\epsilon\tauὲ\ \epsilonὐάπτεροι\ θεοὶ\ δυνατὸν\ \alphaἱλλως, \eta\ νοήτες$ ) non adspirari aliter ad Deum posse, quam mente. Sanus ejusmodi de Deo ejusque cultu sensus manifestissimo est indicio, quam altas  $\tauὸ\ γνῶστον\ τὲ\ θεοὶ$  in cordibus hominum, sana ratione vtentium, egerit radices; ideoque *Numam* insimulare non ausim, quod, terminalem lapidem in facello collocando, cultum rerum vita carentium juss erit, aut voluerit, quum omnis ejus constitutio eo potius mihi spectare videatur, ut cura de non mouendis, vlloue modo turbandis, finibus ciuibus suis summa lex esset,

atque  
(f) in vita NVMAE. Conf. etiam *Huetium* in demonstr. Euang. Prop.

IV. c. XI. §. 4. p. m. 164.

atque religio: in quem finem etiam *Illum TERMINALIA*, quæ quotannis magna rusticorum solennitate celebrabantur, instituisse puto, vt, quæ et quanta, ex terminorum custodia, publicæ rei accedant emolumenta, grati recolerent. Interea non negauerim, NVMAM, vbi etiam Romani in colendis rebus sensui obuersantibus forte nimium fecerint, non adeo repugnasse, dummodo æquitatis, justitiae, & quietis publicæ studium obtineret.

## §. IV.

Quæ fuerit figura Dei Termini prima et antiquissima.

*Figuram Dei Termini* quod attinet, ex ipsius *Numæ* institutis porro colligimus, aliam ipsi antiquissimis temporibus tribui non debere, quam plane *incultam*, ipsique rei, cuius commendandæ gratia Numen aliquod, custos atque vindex, mente magis concipiendum, quam oculis usurpandum, constituebatur, propriam. *Deus TERMINVS* nullo distabat a *signo terminali* discrimine. *Saxum erat hic Deus*, ait Lud. Viues, (g) & *saxa reliqui omnes agrorum & publici, & priuatorum termini*. Testem excito antiquiorem *Ouidium*, (h) ita canentem:

*Termine, siue lapis, siue es defossus in agro*

*Stipes; ab antiquis tu quoque Numen habes.*

Hoc vero si forsan anceps cuidam esse videatur testimonium, non tam de Numine intelligendum, quam potius de quovis lapi de terminali, Numen habente, sive sancti quid ac religiosi in se continente: ad *Lačtantium* (i) prouoco, idem de *Deo Termino*

(g) in comment. ad *Augustinum*, de ciuitate dei Lib. IV. c. 23.

(h) *Fast. lib. II. v. 641.*

(i) de falsa religione Lib. I. c. 20. in fine.

pronunciantem, eo quidem fine, ut gentilium religionem deri-  
fui exponat. Ita vero ille, facta ante diuersorum deastrorum  
mentione, qui ad figuram, quamuis etiam monstrosam et ridi-  
culam, effecti erant, pergit: Et haec tamen habent aliquam ima-  
ginem. Quid, qui *lapidem colunt informem atque rudem*, cui no-  
men est TERMINVS? Et paulo post: Et huic erga publice  
supplicatur, quasi custodi finium Deo, qui *non tantum lapis, sed*  
*etiam stipes* interdum est.

## §. V.

Quomodo TERMINVS *ex rudi lapide in simulacrum* transierit,  
vbi tamen *differentia inter signa Dei Termini, antiquis vſitata,*  
*et Terminum Erasmi, non est negligenda.*

Posterioris ergo ætatis labor est, vbi Deus TERMINVS  
rudi saxo, vel dolato stipite, quondam constans *superiori humani*  
*corporis parte aedius, brachiis tamen truncus*, apparere coepit.  
Signa tamen hujus Numinis apud antiquitatum scriptores reper-  
ta, atque ex numis delineata, differre video ab eo, quod in Eras-  
mi numismate conspicitur: illis scilicet statuis oblongis, inuersæ  
pyramidis speciem habentibus, superimpositis; hoc vero basi  
quadrata æquali sustento. Ut haec ad oculum pateant, signa Ter-  
mini in numis obvia stitimus in ipso hujus libelli titulo. Alter  
horum numorum est Augſti, cum inscriptione: IMP. CAESAR.  
Deum Terminum exhibens, cum corona radiata in capite, & ful-  
mine adjacente, vtroque diuinitatis signo. Alter est M. Calpurnii  
Pifonis, sine vlla quidem inscriptione, in quo cernitur Terminus  
Dei simulacrum, cum simpulo, vase in peragendis sacris vſitato,  
& corona, qua Deus Terminus, honoris causa, redimiri solebat.  
Pluribus haec enarrantem adi, si lubet, OISELIVM in Thesauro  
selecto-

selectorum numismatum antiquorum, p. 202. 203. Quæcumque autem sint Numinum effigies apud Romanos, ad primam ætatem referendæ non sunt. Numinum enim signa ante annum CLXX ab V. C. non reperta fuisse, perhibent et Bucholzerus, (k) & Huetius, (l) aliique. Postea vero cunctis Numinibus forma, quæ sub adspectum venit, induitis, etiam *Deo TERMINO simulacrum ad formam hominis, qua partem superiorem, effigiem trubuerunt, quo nos nunc prorsus adsueti, inter terminum lapidem & terminum Deum, non possumus non admittere differentiam; seruata tamen & lapidibus sua sanctitate, ita, ut istos mouere, turbare, vel exarare etiam nunc, atque olim, summum sit piaculum.*

## §. VI.

*Occasio Erasmo oborta Deum Terminum in symbolum & sigillum sibi eligendi.*

Nunc vero, quomodo Deus TERMINVS Erasmo in symbolum cesserit, præter spem, referam: id quidem euenit hac occasione. Alexander, IAC OBI, Regis Scotorum filius, ecclesiæ diui Andreæ in Scotia Archiepiscopus, in Italia literis adhuc vacans, Erasmum sibi in rhetoricis præceptorē adscierat, quocum etiam Senas aliquando concesserat; inde vero a Patre in patriam reuocatus Alexander sub discessum Erasmo, in tesleram grati animi, quosdam offerebat annulos, quorum vnum lapidi pretioso insculptum referebat *Deum Terminum*. Quod num cognitum fuerit offerenti, me quidem latet: Erasmus vero tam copiose lectionis virum non statim animaduertisse, hoc esse *Dei Termini* signum, ipse

(k) vid. Chronogiam ad Numnam Pompil. p. m. 412.

(l) in Demonstr. Euang. loc. modo cit.

ipse fatetur in epistola ad Valdesium, (m) Italum quendam, rerum antiquarum curiosum, hujus rei indicem sibi exstisisse, commemorans. Causam inscitiae Erasmi, quam ipse tam ingenue profitetur, in eo forsan excusationem habere posse existimo, quod Erasmus ita adsuetus fuerit *signo Termini in statua oblonga constituti, ut hanc figuram super saxo quadrato propositam*, pro TERMINO non haberet, alias cujuscunque, sibique ignoti, faciem se videre, ratus: quod facile quemuis judicaturum credo, si fidendum est designationi, qua annulum Erasmi signatorium exhiberi vel perhibet, vel approbat *Pauillus Merula*, et post eum *Pet. Scriverius* in vita Erasmi. Ibi enim inter laudes Erasmi, vitæ descriptio-  
ni præmissas, *effigies Termini tam miti atque comta* appetat facie, ut vix a quoquam agnatum iri putem, nisi id vellet vox saxo im-  
pressa: TERMINVS. Ut lectori ad oculum patescat, quantum insit judicio meo roboris, *sigilli Erasmiani* imaginem in figura mi-  
nuta, quam *Sam. Knightius*, in vita Erasmi anglice conscripta, in  
tabula ænea ad pag. 2. exhibit, in fronte hujus dissertationis etiam dedi conspiciendam. Adimas icunculæ nomen et symbolum,  
ægre crediderim, te cognoscere *Deum Terminum*. Interim Italo *Terminum* in annulo, quem Erasmus acceperat, statuenti fidem habuit Erasmus, donumque per se gratum tanto magis adamauit, seruauitque, non tantum in memoriam tam grati et amici disci-  
puli; sed etiam hoc signum in symbolum, mortis meditationem apud se commodissime conseruaturum, adoptauit, ratus, ominis causa

(m) Hæc epistola ad *Alfonsum Voldefium* instar fontis est, ex quo omnis Symboli Erasmiani haurienda est explicatio, ideoque saepius citanda. Est vero in editione Londin. de anno 1642. Libri XXXI. ep. 49. In consummatissima autem operum Erasinorum editione, quæ Lugdu-  
ni Bat. A. M. DCC III. publica luce frui cœpit, inter epistolæ locum non habet, sed, apologetarum parti inserta, occurrit Tom. IX. p. 1757.

causa sibi obtigisse hunc annulum, seque admoneri, non procul abesse vitæ suæ terminum, quamuis, vt ipse confitetur, annum tum ageret modo quadragesimum. Et ne vnquam excideret sibi hæc meditatio, in sigillum, quo perpetuo vteretur, hanc Numinis effigiem transferri curat, additis tum nomine TERMINVS, vt, cuius hæc sit effigies, ab omnibus cognosceretur, tum verbis antiquitatem sapientibus: CONCEDO NVLLI. Ita vero signum Dei TERMINI, quod occasione data suum sibi fecit Erasmus, discernamus, necesse est, ab eo, quo alias *Terminum* indicare sueuerunt: et quin dicam, quod *Hæsus* (\*) Terminum *Erasmi*, præter consuetudinem veterum, super saxo quadrato conspicens, istum in aram descendisse existimarer, ac miraretur?

## §. II VII.

*Censuris valde molestis ob hoc symbolum infestatur.*

*Erasmus.*

Sicuti autem præter spem Erasmo hujus symboli occasio obtigerat: ita et ei, tale quid non opinanti, erat experiendum, *sese multorum censuras valde molestas*, contemtu plenas, famamque suam haud parum arroentes, *isthac symbolo*, additaque potissimum epigraphe, CONCEDO NVLLI, *sibi contraxisse*. Nullus fere fuit, qui piam animaduertisset *Erasmi* meditationem: intolerabilem potius hic se prodere arrogantiam, ad vnum fere omnes clamabant. Amici sibi temperabant: inimici tanto intemperanterius acerbissimis ipsum proscindebat contumeliis; cachinnisque exponere studebant. Non expedit, pluribus hic enarrare incensos aduersus Erasmum animos, linguasque in vituperandi libidinem plane versas: nec repetere lubet ipsius Erasmi, suorum

B 2

ver-

(\*) conf. dicta de eo supra ad §. II. p. 4. et quæ infra occurront ad §. XI. p. 20.

verborum optimi interpretis, apologias, acutissima dicendi facultate conceptas, saleque apprime conditas. Hæc cui, adhuc hujus rei ignaro, scire volupe est, ipsum audiat Erasmus, ad explicationem sui symboli amice excitatum, ab *Alfonso Valdesio*, in epistola huic suo amico rescripta, anno supra millesimum quingen-tesimum vigesimo octauo. (n) Corruit enim omnis de Erasmo concepta suspicio, isto lemmate, NVLLI CONCEDO, recte intellecto et applicato, quippe quod Erasmus nunquam de se, omnibus potius, quam nulli, cedere parato, sed de DEO TER-MINO, mortis nulli cedentis symbolo, intellectum voluit. Quod longe dilucidius ex numo posthac conflato, quam ex si-gillo nimis contracto, appetat.

### §.LIVIII.

*Symbolum Erasmi* in fuso numismate variis lemmatibus  
auctum explicatur.

Deferimus itaque justo ordine ad considerandum numum, non solum *Deum Terminum*, sed etiam *Erasmi effigiem* referentem, et lemmatibus rem illustrantibus, ex vtraque parte, ornatum. Insignioris magnitudinis numum a minori, si tum ad tempus, tum ad sententias, respicias, probe distinguendum, nunc penitus considerabimus. Potissimum auersa pars spectatorum attentionem excitauit, vt modo per transennam quasi priorem adspexerint. In vtraque tamen numi facie mihi quædam monen-da, explicanda, et corrigenda occurunt.

Prior

(n) Præter hanc epistolam modo citatain confer etiam ea, quæ habet  
BVLLART dans l'academie des Sciences & des arts Tom. II, Liu.  
III. p. 146.

Prior sicut Erasmus catagraphum, cum nota nominis, diuisim ad vtrumque latus, posita: ERASMI. ROTerodami. Duplex circum conficit inscriptio. Latina, a latere dextro, cum nomine *in casu generandi* legendō, ita cohærens, IMAGO AD VIVAM EFFIGIEM EXPRESSA. Hanc excipit græca: THN KPEITTΩ TA ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΑ ΔΕΙΞΕΙ: Satis clare hæc sententia prodit gradationem, qua sensum prioris superat, acuitque. Non omnes interpretes ita sensisse animaduerto, nexus vtriusque sententiae non satis seruantes. Hinc nec Junckero (o) adstipulor, græca ita vertenti: Ein besseres zeigen behülfte Buchstaben; nec Lochnero (p) sic reddenti: Er wird den besten Weg zu den Schriften weisen.

Sed græca presse secutus, ad sensum auctoris, ipsius Erasmi, accommodate, locoque perquam conuenienter, sententiam ita efferendam esse censeo, ellipſin, post comparatiuum KPEITTΩ, supplendo per substantiuum feminei generis, EIKONA, quod requirit articulus THN. Sic sensus hic erit: MELIOREM, puta, imaginem SCRIPTA, scilicet Erasmi, MONSTRABVNT. Germanice: Die bessere (Bildung von Erasmo) werden seine Schriften zeigen. Imaginem quippe mentis, quam pictura non potest assequi, scripta autem ad viuam quasi repræsentant. Ipsius Erasmi hæc tueor interpretatione, sui effigiem, aere fusam, ALBERTO Cardinali Moguntinensi mittentis, his verbis: Potorem imaginem mei, si quid tamen mei probum est, habes in libris expressam: corporis effigiem insignis artifex expressit aere fu-

B 3

fili.

(o) im guldnen und silbern Ehrengedächtnis Lutheri p. 169.

(p) vid. Sammlung merkwürdiger Medaillen aufs Jahr 1738. 25. Woche,  
p. 193.

fili. (q) Pari modo etiam *Ouidius* (r) respiciens ad animam suam :

*Parte tamen meliore mei super alta perennis  
Astra ferar.*

Notatio anni fusi hujus numi sub effigie conspicitur, numeris vulgaribus expressa 1519.

Nunc auersam numi partem, quæ multorum indignationem concitauit, dispiciamus: Hic locum occupat TERMINVS ita effectus, vt *saxo quadrato caput hominis juuenis, cum collo humerisque, impositum videatur, capillis solutis ac volitantibus*. Saxo nomen, totius figuræ index, inscriptum est, TERMINVS. Quo nomine cum lemmate in vnam sententiam coacto, fit versus dimeter acatalectus jambicus, si ita legas: CONCEDO NVLLI TERMINVS; vel trochaicus, ita procedendo: TERMINVS CONCEDO NVLLI. Antiquitatem sapit hæc sententia per-elegantem. Rem ex narratione *Seruui* (s) ita habe: „In vrbe „Roma Jouis templum non fuit: quod, cum jam deuotum a „Prisco Tarquinio veller Superbus Tarquinius ædificare, ccepit „auguriis captare, qui mons huic templo esset aptissimus. Et „cum in omnibus Tarpejus esset inuentus, (in quo erant multa „diuersorum numinum facella) factum est, vt exinde ad alia tem „pla numina euocarentur sacrificiis, quo posset libere, et sine pia „culo, templum Jouis exædificare. Cumque omnes dii libenter „inde migrassent, *Terminus* solus, hoc est, *limitum Deus*, descendere

(q) Epistolarum Erasmi Lond. edit. Lib. XIII. ep. 22. Artificem hunc fuisse *Quintimum*, statuarium Antuerpiæ, ipse memorat Erasmus Lib. XIX. ep. 43.

(r) Metamorph. Lib. XV. prorsus in fine.

(s) in Comment. ad locum Aeneid. L. IX. edit. Basil. de a. 1613. in form. maj. p. 1389.

„dere noluit, sed illic remansit.,, Hanc rei gestæ memoriam suo tempore renouans *Ouidius* (t) ita decantat:

*Quid, noua cum fierent capitolia? nempe Deorum  
Cuncta Joui cedit turba, locumque dedit.*

*Terminus, ut veteres memorant, conuentus in æde*

*Restitit, et magno cum Joue templa tenet.*

Inuoluit autem hæc gesta perantiquus auctor, *Varro*, ut creditur, ænigmati, quod, quanto esse videtur obscurius, tanto euolutum reperitur ingeniosius. *A. Gellius* (u) istud inenarratum Noctibus suis ita inseruit:

*Semel minusne, an bis minus sit, non sat scio,  
An vtrumque eorum, ut quondam audiui dicier,  
Joui ipsi regi noluit concedere.*

Oedipum requiris, bone lector? ego Dauus sum: at gratiam habe *Mosellano*, nodum in hoc scirpo felicissime soluenti. Ita enim ille: „Hoc ænigmata describitur *Terminus*. Quæ dictio *semel* et „*bis minus*, siue *ter minus* est: qui deus locum Joui cedere noluit. „Dubitat ergo hic auctor ænigmatis, *semel minus*, an *bis minus*, „an *ter minus* fuerit, qui Joui ipsi noluit concedere.,, Hac clave adjutus *Jac. Proust* verba ænigmatis sequenti interpretatione donauit: Non clare scio, vtrum sit *semel minus*, an *bis minus*, an sit vtrumque, *semel* et *bis minus*, (qui) quemadmodum olim audiui dictum, noluit concedere ipsi Joui. Reliquæ duæ in circō positæ sententiaæ nil difficultatis, multum vero ha-

bent

(t) Fast. Lib. II. c. 667. cum seqq.

(u) vid. Noct. Att. Lib. XII. c. VI. ex interpret. *Jac. Proust*, ad usum Sereniss. Delph. Par. 1681.

bent pietatis, et quæ sit mens Erasmi, hoc symbolo delestat, penitus produnt. A græca hic incipiendum esse reor: ΟΠΑΤΕΛΟΣ ΜΑΚΡΟΥ ΒΙΟΥ i. e. *Spec̄ta finem longæ vitæ*. Siue, cogita, etiam longam & diuturham vitam suum habere terminum. Addere placuit Erasmo latinam, ejusdem fere argumenti: MORS VLTIMA LINEA RERVM.

Denique non tacendum est, quo in loco *Deus Terminus* conspicatur. Hic autem nitendum est designatione numismatis ad mentem et descriptionem ipsius Erasmi bene exacta: Talis est, quam supra in tabula, numismate optime fuso et bene conseruato visus, exhibui, vbi TERMINVM in aggere, ex rudibus fractisque lapidibus paululum elato, progerminantibus lapides inter graminibus, collocatum esse, nemo non videbit.

### §. IX.

*De materia, ex qua conflatus fuerit Erasmi numus,*  
disputatur.

*De materia etiam, ex qua conflatus fuit Erasmi numus,* aliquid differere haud ingratum fore, arbitror: maxime, quum videam, et in eo Junckerum sibi non satis constare; sed magis dubia sere, quam certi quid definire. Etenim varia de eo refert, at non satis digesta: suæ tamen designationi argenti notam addere nullus addubitat. (x) Ego vero quin confidenter statuerem, num Erasmi nunquam ex alio metallo, quam cupro, vel ære quodam misto, fuisse conflatum, parum aberat, rationibus non destitutus mihi visus, iisque ex ipsius Erasmi epistolis potissimum deductis.

(x) im guldnen und silbernen Ehrengedächtnis Lütheri p. 167. 170.

ductis. Nullibi enim Erasmus, qui tamen perquam sollicite fusionem numi, quæ multoties fecus cesserat, adjuuare studuit, nobilioris metalli mentionem facit, vbique potius æs ex vario metallo mistum, caldarium quod vocant, in campanis fundendis adhiberi solitum, suadens. Deinde non in pretio numismatis, sed in pio ejus vſu Erasmus omnem quæsiuifſe conſtat voluptatem. Accedit et hoc, quod suis Erasmus ſumtibus numum conſlari curauerit, vt haberet, quod, memoriae conſeruandæ gratia, donet amicis: nimis vero argenti prodigus fuiffſe censendus eſſet Erasmus, quem tamen non fuiffſe ſatis conſtat, ſi dona tanti ponderis argentea inter amicos diſtribuiffet. Et denique ſi numius iſte majoris moduli ex argento fuiffſet, talem viris ſaltēm pīncipibus Erasmus obtuliffſe putarim: conſtat autem, non alium, quam ex ære, vel cupro, fuſum Erasmus miſiffe et ALBERTO, Cardinali Moguntinensi (y) et FRIDERICO Sapienti, Saxonum Principi Electori. (z) Hoc idem quoque, quod ego oculis vſurpaui, exemplar, juſtissimam vniuſ libræ grauitatem habens, ex ære miſto fuſum deprehenditur: inauratum enim, vbi paulo deſtitutum eſt, argenteum quidem refert candorem; lydio tamen laſpidi attritum, exploratumque, argenti vilitatem, et exinde variæ aeris, quod inest, facile prodiſ portionem: pulsatumque tinnitum edit perquam purum. Ex qua metalli temperatura de numi antiquitate judicium recte fieri ex ipsius Erasmi comprobari potest epistolis. His tamen rationibus, ſatis quanquam ſpeciosis, nondum euincitur, vt vñquam numum Erasmi ex argento fuſum

(y) conf. Erasmi epistolæ Londin. edit. L. XIII. ep. 22.

(z) conf. Tenzelius im Discours von Sächſiſchen Huldigung-Münzen, fol. 5.

pernegemus, id afferente *Georgio Agricola*, (a a) teste ejusdem temporis, eoque oculato, immo, ob exacissimam rei metallicæ, ut et monetariae, peritiam oculatissimo, ideoque omni exceptione majore; qui hoc nomine etiam exteris cognitus, princeps in cognitione mineralium, vnicusque, et sine pari Germaniae Aristoteles, ab Andrea Chiocco, Veronense, appellatur. Ita vero ille in tractatu de prelio metallorum et monetis, post curatissimam numerum, quoad internum valorem, distributionem, factaque mentione tum ponderis, tum magnitudinis, ad Erasmi numum, inter majores relatum, descendit: Desiderii Erasmi imaginem *ex argento vidi libralem*, qui numus altera parte exprimebat Terminum, cum hac inscriptione: *Nulli cedo*. Haec vero, quæ ambiguum reddere queunt lectorem, ita esse concilianda existimo, quod scilicet numus Erasmi, destinata opera non nisi ex ære fusus, in plurimorum manus peruenerit: vnum autem ex argento sibi conflari curauerit Erasmus, inter cimelia reponendum, quem credo esse illum, qui in Bibliotheca Basileensis, inter alias Erasmi reliquias, adseruari dicitur, (b b) eundemque forsan *Agricolam ex Italia*, quo studiorum gratia concesserat, reducem vidisse, vero perquam est simillimum.

### §. X.

*Approbatur designatio numi Erasmiani, quam Bullartus exhibet, præ aliis.*

Vti vero numismatis hujus videndi copia paucissimis datur: ita etiam non cuiusvis fidendum est designationi, a pluribus quippe ex ingenio factæ, et neutiquam respondenti archetypo. Ipsa quo-

(a a) Lib. II. de pondere & temperatura monetarum p. 299. ed. Basili. 1550.

(b b) Junckerus l. c. p. 170.

quoque præstantissima operum Erasmianorum editio, quæ Lugduni Batauorum anno hujus seculi tertio adornari cepta est; quamuis diuersis ad res Erasmicas pertinentibus culta iconibus, hoc tamen laborat defectu, ut numum Erasmi majoris moduli, nec secundum veram magnitudinem, nec integrum sifstat, quum græcæ prorsus omissæ sint, in ista designatione, sententiæ. Minoris itaque moduli numus magis designari videtur: tum vero in modulo excessum, et designationem pro lubitu factam, esse dixerim, id quod etiam de adjecto sigillo Erasmi, modulum insignter excedente, censendum est.

Inter omnes itaque, quos ego quidem in designatione hujus numismatis occupatos noui, palmam obtinet *Jacobus Bullartus*, dans l'academie des Sciences et des arts. (cc) Statim mihi arrisit *Deus Terminus*, qui, quanto, qua faciem, macilentior, tempestatumque injuriis fere consumitus, qua capillos autem, vehementer turbatus, apud Bullartum apparet; tanto magis suo mihi satis facere officio videbatur. Hanc eandem quoque fuisse mentem Erasio, ex ipso deinde numo, studio ipsius parato, cognoui. Sua itaque omnino mihi maestandus est laude *Bullartus*, quum omnem meam descriptionem ex ejus designatione, ante quam numum ipsum vidisse, desumferim, quam etiam cum lectoribus meis communicare constitueram, nisi numus obuenisset, ex cuius obtutu de rectissima vtriusque numi partis imagine tanto confidentius judicare valeo. Nil omnino apud *Bullartum* deest, nisi vera magnitudo: quare gratiam rei numariae amicis facere existimau, si in exhibenda numismatis designatione a modulo vero, ne latum quidem vnguem, discederem.

## C 2

Ean-

(cc) Tom. II. Liu. III. p. 163.

Eandem TERMINI imaginem, quam ex Bullarto descriptam, ex archetypo autem æri insculptam, exhibeo, ante oculos quoque habuisse credendus est *Alciatus*, (dd) meruoso suo, æque ac eleganti id comprobans emblemate, et *Termini signum*, et *justum ejus locum* graphicè hoc modo depingente;

Quadratum infoditur firmissima tessera signum,

Stat círrata super pectore imago tenuis;

Et sese nulli profitetur cedere. Talis  
TERMINVS est.

### §. XI.

Judicium de errore Eob. Hessi, et Chr. Junckeri circa  
Terminum Erasmi.

Ex iusta, quam hactenus excutere studui, numi Erasmiani designatione fieri poterit *judicium de quorundam explicationibus*. Redeo ad *Junckerum*, et quo se, tanquam suæ sententiæ patro-  
no, tueri existimat, *Eobanum Hessum*, *Terminus SVPER ARAM* collocantes. Omni hæc destituitur veterum auctoritate opinio, ipsique repugnat historiae, quam de *Deo Termino* construximus. Locus isti numini semper unus idemque, quem scilicet natura ipsi tribuit, permanxit. *Terminus*, agrorum limitumque custos, patentibus solummodo gaudet campis. Hoc perquam scite adstruxit N V M A, qui, quum facellum Termino erigeret, *desuper in tecto patens foramen reliquit*, quia nefas duxit, *Terminus* sub tecto conspici: ideoque huic Deo non nisi sub dio sacrificari dicitur. *Nasonis* (ee) testimonium audiamus:

Nunc

(dd) Embl. 157.

(ee) Fast. Lib. II. v. 671.

Nunc quoque se supra ne quid nisi sidera cernat,  
Exiguum templi tecta foramen habent.

Neque aliquid efficitur, etiam si velis excipere, aram quoque esse locum sub dio. Repugnat enim omnis de *Deo Termino* notitia, qua, ne latum vnguem quidem de suo loco cedere, constantissime perhibetur. Ideo *stabilis rerum Terminus* ab *Horatio* (ff) dictus: *Capitoli immobile saxum a Virgilio* (gg): *nec tentata exauguratione motam fuisse Termini sedem, Liuius* (hh) testis est. Sedes vero *Termini* nativa non est ara exstructa, sed ager ubique patens. Miror autem, qui fieri potuit, ut *Junckerus* in suo errore permaneret, quem tamen ad *Bullartum* prouocet, suaque ex eo desumisset, qui sua designatione facile *Junckerum* meliora edocere potuisset, nisi *Hessi* auctoritate nimium fuisset nixus.

Mihi interim reputanti, quænam hujus erroris forsitan existimat occasio, corruptam numismatis repræsentationem eam præbuisse, vero videtur perquam simillimum. Ipse *Erasmus* suo tempore conquestus est, quod non omnis numismatis fusio sigillo satis vellet respondere, ob densitatem figurarum, in utraque numi parte existentium, quare etiam diuersa suggerit consilia artem juandi fusoriæ. (ii) Ex hoc capite rei numismaticæ in

## C 3

pri-

(ff) Carm. secul. v. 26.

(gg) Lib. IX. Aeneid.

(hh) Decad. I. Lib. I. c. 55.

(ii) vid. de his epist. Erasmi ad *Alf. Valdesum* supra cit. coll. epist. 32. Lib. XXX. edit. London. Ex his locis apparet, Erasmus causam contrarii euentus, quem in fusione numismatis experiebatur, potissimum in qualitate metalli quæsiuisse: quare, id fusioni aptius atque fluidius redi, maximopere curauit, ut cauitatem formæ omnem expleret. At, quod

primis gnarus, *Kalerus*, (kk) (quem etiam, ex affinitatis vinculo, nominare, mihi honori duco) suo *Siegfriedo* vehementer gratulatur de numo Erasmi, vere genuino, et ad amissim figuras exprimente. Doleo igitur, quod non libuerit laudatissimo Viro, suæ recensioni ipsam numismatis designationem, æri insculptam, addere: nil enim Ipse reliqui fecisse censendus est, quin eam exhibitus fuisset numeris omnibus absolutam. Interim ex his omnibus intelligitur, multa tentamina hujus fundendi numi identidem secus cessisse, quo deinde minus, quid inuentor sibi velit, potuerit cognosci, ex quo conjecturandi euasit necessitas. Ponamus igitur, *lapides in aggerem coaceruatos*, lignorum in ara constructorum, et *progerminantia grama*, quæ in primis *Bullartus* exprimit, fumi, ex subjectis ignibus exsurgentis, speciem habere, cuidam fuisse visa: ponamus porro, exemplum ad ejusmodi imaginationem studiose confectum, et pro genuino venditatum, in manus Eobani forsam incidisse, qui, quum meliorem numi figuram nondum vidisset, ingenio magis rem juuare, quam acri judicio examinare, studuit, versumque jam supra memoratum enixus est:

Ter-

quod ex artis hujus perito accepi, hic tanto minus reticere queo, quo in agis id rationi consentaneum esse deprehendo. Omnem fusionem, quæ formam non omnino explet, secus cedere necesse est: id vero non tam natura metalli, quam ær vbiique pertingens, efficit. Ær vero, quum cedere debeat locum metallo infuso, impeditur necessario infusione ipsa, si orificium nimis angustum sit, nec per illud ipsum, quo metallum influit, satis potest effugere: præclusus autem, quantulumcunque etiam sit, spatiolum suum tueretur, figuræque defecuum parit ibi, vbi coactus se recepit. Qua de causa, ut forma, vel aliunde foramine facto, vel ex duabus lagenis, cœu dicuntur, complicatis constans vndique exitum præbeat æri, infusione expellendo, potissimum curandum est. Ita ex voto cedere fusionem experieris.

(kk) in den Münz-Belustigungen des 12. Th. 15. Et. p. 116.

*Termine, cum nulli diuūm concesseris olim,  
Tumida cur sedes occupat arā tuas?*

Mihi vero haud obscure innuere videtur *Eobamus* hoc ipso epigrammate, sedes Termini alioquin notas non fuisse aram sumidam.

### §. XII.

*Error alias Jo. Hier. Lochneri circa Deum Ter-  
minum notatur.*

In aliud plane errorem, cuius nec quemquam fuisse caput, nec futurum esse seftatorem, certus sum, prolapsum esse *Lochnerum* (II) deprehendi. Iste enim, quum suae Numismatum collectioni numi Erasmiani designationem inserere curauerit, in quo quidem numi magnitudinem satis assecutus est, in eo tamen mihi non satis facit, quod *Deum Terminum*, qua faciem et comas, nimis comtum repreſentet; maxime autem in eo notandus, quod *Deum Terminum medios inter maris fluctus collocet*. Ita enim ille: **Die Gegenseite enthält Erasmi symbolum, nemlich mitten in den Wellen den so genanten DEV M TERMINVM.** Sculptor *Lochnerum* non adjuuit, magis aggerem lapideum, quam vndas, exprimens: ideoque ipsum *Lochnerum* exemplar numismatis, vel minimum designationem non contemmendam habuisse, sculptorique tradidisse, crediderim. Et tamen sibi temperare non potuit, quin *inter fluctus poneret Terminum*. Quam inconueniens sit hæc imaginatio, pluribus dicere non attinet. Quius enim videt, nullibi minus esse imperii *Termino*, quam in mari, ubi omnis exulat fines designandi tuendique facultas. Hæc etenim

(II) in der Samlung merkwürdiger Medaillen aufs Jahr 1738, 25. Wo-  
che p. 139.

etenim si foret, omnis irrita fuisset magnorum virorum, *Salmasii* quippe et *Grotii* de mari, an pro clauso, an pro libero habendum sit, concertatio.

### §. XIII.

#### *Deus Terminus restitutus, Symbolique Erasmiani commendatio.*

Vti igitur totius hujus dissertationis scopus fuit, vt suo *Deus Terminus*, cedere nescius, a quibusdam, quamuis non dolo, perperam tamen, motus, denuo restitueretur loco, scilicet cliro in agro patente, quem ipsi omnes adsignant antiquitatum vindices: ita et coronidis loco nos singularem *Symboli Erasmiani* adhuc subjungimus commendationem. Primum commendationis argumentum ex ipsa Erasmi pietate desumimus, qua sola motus hoc sibi adscivit symbolum, ad vitæ, vt ipse ait, correctionem, inque perpetuam mortis meditationem. Duplici autem hoc, quiequid est symboli, se ipsi commendauerat gratia: altera, ex allusione ad priscam et celebrem historiam; altera, ex obscuritate, quæ symbolis est peculiaris, petita. Fusionem itaque numismatis, hoc symbolo signati, quam potuit, felicissimam curabat, nullis omnino parcens sumtibus, vt haberet, quod donet amicis. Amorem quoque Erasmi erga hoc symbolum maleuolorum cauillatione non fuisse fractum, vel imminutum, quin potius in eo magis obsfurmaretur, vel ex eo cognoscitur, quod etiam supremam voluntatem suam eodem sigillo communiret, his ipsis usus verbis: Hanc extremam voluntatem meam, quo plenior sit fides, propria manu descripsi, ac peculiare annuli mei *sigillum TERMINVM*, adfixi. Alterum commendationis argumentum suppeditat amicorum consensus et approbatio, quam, illo etiam de-

defuncto, testatam fecerunt, hocce ejus tam caro symbolo, quo viuus tam multas obsignarat Erasmus litteras, etiam ipsius obsignando sepulchrum. Hoc enim relatum legi in editione epistolarii Londinensi, de anno M.DC.XLII. post factam epitaphii, quod *Erasio* positum est, mentionem: In saxe, quo sepulchrum integratur, est TERMINI facies, basi quadrata, cum his verbis:

DES. ERASMVM ROTERODAMVM AMICI SVB  
HOC SAXO CONDEBANT. QVARTO EI-  
DVS JVLIAS. M. D. XXXVI.

§. XIV.

*Ipsius auctoris pietas, cum sui, tum symboli, tum  
sigilli, mentione.*

Ne vero denique meæ ipsius pietatis immemor esse videar, ad summum, æternum, et verissimum Numen, cœli et terræ factorem, sapientissimum omnis ΟΡΟΘΕΣΙΑΣ auctorem, (m m) mea se vertit oratio.

TV, qui es *sine termino NVMEN*, res tamen creatas *intra terminos* contineri, voluisti, ut TIBI SOLI vindices nullis coarctatam limitibus potentiam, sine cuius nutu ductuque non est facta orbis, ex vndis quasi renascentis, inter posteros Noachi diuisio. (n n) TV constituisti ab initio *terminos* populorum. TV etiam, super maria imperium Tuum extendens, posuisti illis vetem et ostia. (o o) O serua, quæso, pacis ordinisque sempiter-

D

ne

(m m) Act. XVII. 26.

(n n) Genes. X.

(o o) Job. XXXVIII. 10.



ne custos, serua, quæso, nos, qui Tuum veneramur imperium.  
TVVM est,

late fines (oculo Tuo) custode tueri.

TVVM est,

Luctantes ventos tempestatesque sonoras

Imperio premere.

TVVM est,

motos componere fluctus.

Fac igitur, vt nos TIBI credentes, si interdum Tua indignatione, qua incolas terræ commones, fiat, vt suis excessissimæ terminis omnia videantur, exoptatum funestissimarum calamitatum experiamur finem.

Imperantes, quos, pro Tua nationibus regionibusque præfecisti, sapientia, præsta tutos, et fac, vt quietis publicæ amantes fines imperii tueri magis, quam proferre, studeant, memores illius, quod vere dicitur,

Non minor est virtus, quam querere, parta tueri.

Civium quemque sua sorte contentum, legibusque æquitatis tene adstrictum, ne quis in alterius inuolent possessiones, terminosque mouere, vel turbare, intendat. Pone fines nostros pacem, qua præmuniti quasi et vndique cincti quietam et tranquillam vitam agamus, in omni pietate et castitate. (pp)

Nec etiam nos vñquam immemores esse finas nostræ vitæ termini, sed ad numerandum dies nostros nos in due sapientia, ne inopinati ultimo præuenti, iētu infelici extirpemur. Cohibe supinam securitatem, ne procul abesse terminum somniemus, sed omni momento instantem cogitemus. Ne vero permittas, optime Deus,

(pp) Pf. CXLVII. 14. 1. Tim. II. 2.

us, quemquam in desperationem agi, ut vel ex tædio vitæ, vel ex fuga mortis, terminum abs Te præstitutum stolidæ migrare audeat! NVLLI igitur CONCEDERE Terminum, mortis symbolum, experientia satis edocti, mature capiamus consilium, libenter cedendi voluntati diuinæ. Sic feliciter discessuri, ad vitam nullis omniño circumscriptam limitibus, emigrabimus.

Hanc vero pietatem, Deus optime, maxime, quam mihi, ipso meo nomine admonito, jam dudum inseuisti, mortisque meditationem ut sigillo, lapidem terminalem, auemque auolantem, inserto etiam ornamenti demortui capite, adscriptis verbis: TERMINVS INSTAT, referente, publice profiterer (qq) excitaſti, hanc, inquam pietatem et mihi, et aliis, salutarem esse jube.

Accipe interim, Humanissime lector, pleniorē *symboli mei sigilliique explanationem*, his versiculis:

*Dum breuis hæc agitur vita, omni TERMINVS  
INSTAT*

*Momento: at posthac VITA PERENNIS erit.*

(qq) Evidem me non fugiebat, quum olim de *sigillo* cogitassem, quod fuerit *Erasmi Symbolum*, idque ob gratiam, qua cum *nonine meo gentilitio* conspirat, satis aptum, quod me alliceret: at, quo minus illud et meum facere, deterrebant molestiae, et iniquiores censure, quas Erasmus expertum esse noueram, quae in me forsitan tanto ruituræ fuissent grauiores, quanto minus mihi est præsidii in gloria nominis, famæ, atque doctrinæ, qua, quamvis abundaret Erasmus, tamen non tutus erat ab insultibus. Ideoque satius mihi videbatur, meo me metiri modulo ac pede, atque evidenti potius vti symbolo, sigilloque, quam *magnum* imitari *Erasmus*, cuius quum non sim heres famæ, multo minus odii esse cupio.

Hæc

AKTH 858  
28 DE DEO TERMINO ERASI


28

DE DEO TERMINO ERASMI SIGILLO AC SYMBOLO.

Hac responsi loco sunt *Humanissimis Viris* in Belgio, qui ex fauore, quem veneror, *magni Erasmi symbolum* mihi commendarunt, et simul totum hoc schediasma conficiendi occasionem dederunt: *Quos* etiam nosse, mea potissimum interest, *me non Pastoris munere fungi*, quem *Ipsi* mihi impertiuere titulum, *sed Diaconi*, sensu scilicet ecclesiastico a Pastore distincti; quamvis sensu theologico uterque titulus omnino conspiret.



B.I.G.



X2346528  
Q.K.  
428  
8

DEVVM  
TERMINVM  
MOTVM  
SVO LOCO  
RESTITVIT  
ET SIMVL  
N V M V M

DES. ERASMI ROTERODAMI

ad p. a.



ad pag. 10.



ILLVSTRAT ET VINDICAT  
M. ADAMVS GRENZIVS

DIAC. AD AED. S. CRVC. DRESDAE

MENSE SEPTEMBRI A. R. S. CIC ID CC LII

DRESDAE AC LIPSIÆ  
PROSTAT APVD FRIDERICVM HEKELIVM

280  
II h  
858

